Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



61
41

collationes / ac omnia et singula inde secuta / vel que in postrum sequi
possent / eximie prefata auctoritate nostra de facto passerint de apostolice potestatis
plenitudine cassamus / irritamus / et annullamus / ac nullius esse de
terminamus roboris vel momenti / districtius inhibentes omnibus & fidelibus /
ne decretis ordinationibus mandatis factis et gestis huiusmodi modo aliquo
parcant vel intendat ac pro infidelibus reputent Declarantes omnes et
singulos cuiuscumque status gradus et preeminencie existant cum imperiali
regali Cardinalatus sublimitate quamque alia ecclesiastica sive seculari pre
fulgeant dignitate / nullo vinculo iuramenti promissionis facti aut co
ventionis predicte forte quomodolibet se teneri Nulli ergo omnino hom
inum hanc paginam nostre declarationis / constitutionis / voluntatis / mandati /
cassationis / irritationis / annullationis / et inhibitionis infringere vel ei ausu
temerario contire Siquis aut hoc attentare presumpserit indignationem
omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum
Datum Rome apud sanctum petrum Anno incarnationis dominice Millesimo
quadringentesimo tricesimo tertio iii Kl Augusti pontificatus nostri Anno tertio
Eugenius episcopus seruus seruorum dei Ad futuram rei memoriam In Archiepi
scopatu nostro sepissime cogitantes quod nisi sup in valescenti hominum malitia
qui ecclesiam dei varijs quesitis coloribus perturbare conati sunt / auctoritate
Romanorum pontificum resistisset diuersa in ecclesia dei scandala emersissent /
no solum debitum sed etiam necessarium reputamus / vt nos quoque ea quo
ad ecclesie scandalum iniuriam et sedis apostolice contemptum et dedecus
fieri conspiremus / debitis remediis coprimamus Dum enim adhuc ad
manum nuper pueniisset quoddam pretensum decretum datum tunc pdcto Julij
primo dom Mo cccc xxxiiio emanasse / in quo inter cetera contineri nos
infra Octagintta dierum spatium dictis congregatis pure et simpliciter
adherere debere / veritatibus aut fratribus nostris sancte Romane ecclesie Car
dinalibus / necnon quibuscumque in Romana curia existentibus mandari
curabatur / ut post ipsum terminum lapsum infra viginti dies proxime
sequentes sub pena priuationis omnium beneficiorum suorum comendarum pensionum
officiorum et graciarum quarumcumque quas in curiam ipso facto Romanam curiam
relinquerent / omnes insuper causas in ipsa curia pendentes ad se coram
aduocabant / put hec et nonnulla alia in ipso pretenso decreto dicitur
plenius continetur / nos ex incumbenti nobis cura officij pastoralis as
tricti ad tuendam iniuriam pdictam apostolice auctoritatis Cardinalium quoque
priorum Archiepiscoporum episcoporum patriarcharum et aliorum curialium